Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 295



Ecce! parentavi patribus, dum metra paravi,
Praedecessores et tu, successor, honores.
Nunc es successor, sed praede-postea cessor:
Quo mage promotus, minus es cum tempore notus:
Tunc sumus aequales, coelique (quod opto) sodales.
Vivis, defunctis sua stat sententia cunctis:
Quisquis adhuc vivis, fratri benedicere si vis,
Dic: „pater“: offer „ave“; quod erit memorare
suave.

1683 f. B. a. S.†*

*[fol. 138b.]* Benedictus Knüttel** (ante professionem vocatus Joannes Andreas), Laudanus, philosophiae magister; natus anno 1650, die 16. Decembris; monasterium ingressus in vigilia*** sancti patris nostri Bernardi anno 1670; novitiatum die 2. Octobris professus 1671, 11. Octobris, die dominica, cujus officium erat: „in voluntate tua domine“ etc.; minorista factus 18. Octobris, subdiaconus anno 1673, 24. Septembris; diaconus anno 1674, 22 Decembris; sacerdos 1675, die 9. Martii; celebravit primitias in festo sancti patris Benedicti, die 21. Martii. Subcustos anno 1674, die 29. Decembris; cantor anno 1676; subprior anno 1677, 25. Septembris; servitor † anno 1680, die 22. Augusti; pistrinarius anno 1681, 27. Maii; prior eodem anno, 25. Augusti et novitiorum magister 1682, 1. Martii; abbas electus anno 1683, die 6. Julii; infulatus Caesareae a rev. dom. Elia abbate eodem anno, die 7. Novembris, dominica ante festum sancti Martini, quae erat 22. post pentecosten. Senior totius congregationis 1705; iubilaeus professus anno 1721; senior conventus anno 1723; obiit 1731, 21. Augusti, ter iubilaeus.

In praelatura tua sit primaria cura:
Mente frui pura, perpendere saepe futura.
Hoc praesens cura, quasi sit peritura figura;
Qua cum iunctura (sit quamvis sarcina dura)
Utere mensura, quam lex est ipsa datura
Et sine iactura studeas defendere iura.
Sis speculum cleri, pastoris regula veri,
Mulce, coge, feri, fac amari facque timeri.
Fac non instar heri, sed veri patris[1] haberi.
Si vult turba queri cum causa, disce mederi.
Cernis iniqua geri? potes ex ratione moveri.
Fuit vir vitae venerabilis, gratia Benedictus et nomine
Cur ego tam longis te passibus insequor? o dux!
Praevia lux vitae es, tu Benedicte! meae. S. Gregor. l. Dial. in vita s. Bened. et offic. eccl.*

*[fol. 59a]* Rev. Angelus Münch, Gomerdorfensis** electus anno 1732, resignavit anno 1761, obiit 1762, 17to Martii.

*[fol. 163a]* 1727. Martinus Münch (modo Angelus), patria Gommersdorffensis, natus anno 1684, 10. Nov.; novitius anno 1706, 21. Novemb.; professus cum 4 praecedentibus [Ambrosio Deken, Episcopio Tuberano, Josepho Weigandt, Laudano, Stephano Dümler, Nicolao Appelt, Ebernensibus] eadem die praesentationi beatissimae Mariae virginis sacra anno 1707. Minorista 25. Decemb. eiusdem anni; subdiaconus 1709, 21. Sept.; diaconus 1711, 19. Sept.; presbyter ordinatus Herbipoli 20 Februarii 1712; primitians feria 2. paschae Anno 1714, ad studia theologica Moguntiam et anno 1715, 11. Novemb., Herbipolim missus ad collegium Ebracense***,

* Die Buchstaben finden sich auch in Knüttel's Hs. poemata sacro-profana z. B. pag. 109. und sind zu lesen: frater Benedictus abbas Schönthalensis. Knüttel hat also diese Verse über sich selbst schon 1683 gemacht.

** Diese Biographie in Prosa wurde von P. Joseph Müller begonnen 1675—83, ehe noch Benedict Knüttel Abt wurde. Vollendet wurde sie wahrscheinlich von Abt Angelus Münch. Die Verse hat aber Knüttel selbst beigefügt.

*** An einem 19. August trat Knüttel in's Kloster, an einem 21. August starb er, da am 20. August Bernhard ist, so trat er ein und starb in vigilia et octava s. Bernhardi.

† Servitor hat in der katholischen Kirche zu verschiedenen Zeiten verschiedene Bedeutungen gehabt. S. Du Cange s. v. In diesen Schönthaler Quellen kommt es als Amt eines älteren Professen ohne nähere Angabe vor. Du Cange erklärt servitores ohne Zusatz als monachi hebdomadarii mensae ministri oder als servitores ecclesiae, Küster (desservants). Das Visitationsprotokoll von 1584 zählt unter den Officialen den servitor in Schönthal an der sechsten Stelle nach dem bursarius und vor dem subprior auf. Nach den Lebensabrissen von P. Wilhelm Hohenrein und Eugen Neller, in welchen ein sacellanus abbatialis et caeremoniarius und ein sacrista vorkommen, scheint es, daß servitor und sacellanus dasselbe Amt bezeichneten. In den statuta der Provincialcapitel des 17. Jahrhunderts kommt der servitor nicht unter den Officialen vor, nur servitores (Diener) im Krankenzimmer werden genannt.

[1] sed dispensator, pr. m.

* Diese Verse und diese Stelle aus dem Dialoge des heil. Gregorius sind von Abt Knüttel verfaßt.

** Gommersdorf, Amt Boxberg. Auf Fol. 29a steht nur der Name dieses Abtes, mit beigesetztem gemaltem Wappen, welches in schwarzem Schilde einen nach dem Himmel deutenden Engel mit einer Palme darstellt und dabei die Angabe 47mus abbas Schönthalensis. Die folgende Lebensgeschichte (acta fr. Angeli) ist von Michalm Stöcklein begonnen und von dem Abte Angelus Münch selbst fortgesetzt.

*** Das Cistercienser-Kloster Ebrach, Landgericht Burgebrach in Ober-Franken, hatte in Würzburg ein eigenes Collegium für seine Studenten am Anfange des 18. Jahrh. errichtet. Von 1503 an hatte dieses Kloster seine Studenten im Collegium s. Jacobi in Heidelberg, s. Zeitschr. 1. 299. und Quellens. 4. 160. 61. Das genannte Collegium in Heidelberg scheint im 17. Jahrhundert schon aufgelöst gewesen zu sein. S. Hautz, Geschichte der Univers. Heidelberg I. 184. 87. 208.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0298
© Universitätsbibliothek Freiburg